Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Rorate celi desuper et nubes pluant iustum aperatur terra et germinet saluatorem. ℣. Celi enarrant gloriam dei et opera manuum eius annunciat firmamentum. Deus qui de beate. Oro. Omnipotens sempiterne deus qui de uirginis utero uerbum tuum angelo annunciante carne suscipere uoluisti, presta supplicibus tuis: ut qui uere eam dei genitricem credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per. Lectio. Egredietur uirga, que fiet quinta quatuor temporum in aduentu domini. Graduale. Tollite portas principes uestras et elemini porte eternales et introibit rex glorie. ℣. Quis ascendet in montem domini aut quis stabit in loco sancto eius innocens manibus et mundo corde. Tractus. Ave maria gratia plena dominus tecum. ℣. Benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus uentris tui. ℣. Spiritus sanctus superueniet in te et uirtus altissimi obumbrabit tibi. ℣. Ecce ancilla domini fiat mihi secundum uerbum tuum. Et ecce concipies de spiritu sancto et pariet filium et uocabitur nomen eius emanuel. Gaudeamus. Post communio. Diffundite celestem in mentibus nostris infunde: ut qui angelo